

1517^a Decemb^r -

683

Sigismundus Primus Rex Poloniae
Joanni de Lubranco Ep^o Cracoviae
Luca de Gorka Castellano Cracoviae
Capitaneo Majoris Poloniae -

198

Quae in Christo Mater et Mater

sincere nobis dilecti -
Cum adhuc nihil ad nos prescriptum sit
de profectioe Ill^{mae} Sponsae nostrae
quo simus certiores suam Ill^{mam} Domi-
nam circa principium hujus praeteriti
mensis, navem conscendisse, vel jam ad
illud latus appulisse, ex quo jam iter
Terrestre ad nos facturum esset, uti Ill^{ma}
Dux, mater Sponsae nostrae, literis suis
nobis significavit. Existimamus suam
D^{na}, tantum materno indulgere amoris,
ut potius mutatam sententiam, propter pe-
ricula vitanda, quae hoc potissimum hy-
bernico tempore, navigantibus accidere
solerent, istud ipsum iter ad principium
veris differre decerneret. Quapropter sa-
tius esse existimavimus, profectioem ve-

stram

profectionem Vestram Differre, Donec scia-
mus, quando tempus sit illud futurum,
quò commodè ire possit. Interea vero
temporis, quia in presenti Conventu, mul-
ta et gravia agenda sunt, hic Reipublicæ
negotia, que sine presentia Vestra
S^{te} non satis commodè agi possunt, vo-
lumus, ut relictis Domi Equis, et reliquis
impedimentis, celeri cursu ad nos conve-
niant, ut confectis communi Consilio
Reipublicæ actionibus, vel hinc rectè iter
institutum ingrediantur, vel isthinc ad
equos suos redeant, prout rei agenda
necessitas indicabit. Et bene valeant.
Datum - Cracovie - Mensis Decem-
bris Anno Domini, Millesimo Quin-
gentesimo Decimo Septimo -

DD